scripsi sub millesimo septuagesimo septimo anno dominicae incarnationis et indicione quintadecima in Ferraria.

6.

1083 febbraio, Ferrara, episcopio.

Graziano, vescovo di Ferrara, nella curia dei vassalli investe Aldigerio giudice delle decime dei possessi posti nella diocesi ferrarese; il giudice le dona alla chiesa di S. Croce.

AAF, *Catasto H*, cc. 221r-222r: nell'atto del 20 febbraio 1361, con il quale il rettore della chiesa di S. Croce di Ferrara chiede al vescovo il rinnovo dell'investitura delle decime già concesse nel 1083 al giudice Aldigerio, viene presentata per tre volte da copie due-trecentesche copia del documento di investitura del 1083: copie B e C in c. 221v; copia D in c. 222r. Le divergenze fra le tre copie concernono principalmente i nomi, che tuttavia sono con facilità restituibili alla forma originaria.

Edizione: *AIM*, III, coll. 213-214, condotta su B, la meno corretta per quanto concerne la trascrizione dei nomi.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, anno dominice incarnationis millesimo octuagesimo tertio, in electione Giberti(a) pape anno primo, regnante domno Henrico quondam Henrici imperatoris filio anno vigesimo(b) sexto(c), mensis februarii, indictione sexta, in episcopio(d) et palatio Sancti Georgii. Breve recordationis ad memoriam retinendam(e) qualiter episcopus Gratianus, dum teneret curiam presentibus vassallis, investivit Aldigerium iudicem de decimis omnium(f) possessionum suarum, quas habet vel acquirere potest tam ipse quam sui heredes in toto episcopatu Ferrarie; et dominus Aldigerius(g) dedit hanc decimam ecclesie Sancte Crucis; quam investitionem fecit domnus Gratianus episcopus in presentia Petri Taurelli et Guielmi(h) de Marchesella et Petri de Arimondo et Verardus de Rotecherio(i) et Guezo(j) et Sichelmo(k) et multi alii et me presen-

(a) *C D* Guberti; *B* Gregorii.
(b) *B D*; *C* longissimo.
(c) *D* septimo.
(d) *B D*; *C* episcopia.
(e) *B C D* reducendam.
(f) *B D*; *C* eius vero.
(g) *C D*; *B* domo

tem domnum Gregorium presbyterum et sancte Ferrariensis ecclesie notarium de civitate Ferrarie, in qua et nos firmavimus sub indictionibus suprascriptis omnibus. Signum manus Aldigerii iudicis petitoris ad omnia suprascripta sicut superius legitur. Signum manus testium idest Petri Taurelli et Guielmi(l) de Marchesella et Petri de Arimondo et Verardus et(m) Sichelmo(n) et Guezo et multi alii testium in omnibus sicut superius legitur.

(l) *B C*; *D* Sichelmo.
(m) *B C D* de.
(n) *C*; *B* Sichelma.

7.

1085 luglio 10, Ferrara.

Oddo di Comacchio, a nome di Ardizzo, investe il vescovo Samuele dei beni di Ardizzo situati nei comitati di Ferrara, Comacchio e Bologna.

AAF, documento c della pergamena descritta sopra, doc. n. 5.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, anno ab incarnacione domini nostri Iesu Christi millesimo octuagesimo quinto, Clemente in apostolatum anno secundo et imperante Henrico imperatore anno similiter secundo, die decimo mensis iulii, indicione octava, in Ferraria. Breve recordacionis ad memoriam retinendum que facta est inter Odonem Comaclensem pro vice et persona domini sui Ardicionis et domnum Samuelem episcopum quod predictus Oddo iubente domum suo Ardicione aprehendit guasonem de terra de casa in qua habitat prescripto domno suo et misit in manu prescripti episcopi dicens: 'ego investio te atque trado tibi istam terram et domum et per istam terram et domum totum et integrum quantum habet prescripto domno meo Ardicione infra totum commitatum Ferrariensem et in commitato Comaclense et in commitato Bononiense et per cetera fundora et loca secundum quod relegitur in ipsa carta donacionis quam ipse Ardicion fecit in prescripta ecclesia vestra'. Hoc factum est in presencia istorum: Bonus iudex, Fredericus, Wilielmus, Petrus de Berta, Cresencius, Markese, Urso de Puliana, Bonusfante de Gonzolino, Guido vicedominus, Nordillo, Ubertus, Petrus Cortese, Lanfrancus, Bonus filius, Maginardus, Verardus, Mazolinus, Petrus de Guezo, Petrus Tortus, Leo filius Leonis iudicis, presbiter Bonandus prepositus, Rodulfus castaldio, Iohannes clericus, Fante, Bonus filius, Mallavaca et alii plures.

Et ego Iohannes tabellio Ferrariensis qui hec omnia audivi et manu mea propri-